







1815  
Q. D. E. V. (20)  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

1690, 9  
16  
TESTAMENTO  
HOMINUM  
RURALIUM.

12  
Von  
Lezten Willen derer Land-Leute /

QUAM

Consensu & Autoritate

Magnifici Dn. Ordinarii & Amplissimi  
Jctorum Ordinis,

In Inclyta Lipsiensium Academia,

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI PHILIPPI, Lipf.  
J.U.D. & Facult. Jurid. Assess.

Patroni sui ac Hospitis, ut & Studiorum Promotoris  
summe de venerandi,

Ad diem XIV. Augusti Anno MDCXC.

H. L. Q. C.

publice ventilandam proponit

ELIAS GOTTLOB Lehmann / Budiss. Lusat.

AUTOR.

LIPSIÆ, Literis SCHEDIANIS.

Recusa 1720.



TESTAMENTUM  
DOMINI  
RURALIUM

...

...

FRIDERICI PHILIPPI

...



TH



DE  
RA  
exc  
tis  
ip  
nec  
Sir

L

T







J. N. J.

DISPUTATIONIS  
DE  
TESTAMENTO HOMINUM  
RURALIUM,  
PROOEMIUM.



Quoniam omnis Tractatio, quæ a ratione dependet, a Definitione est incipienda, teste *Cicer. lib. 1. Offic. 2. de Fin.* Ideoq; nihil alieni me facturum existimavi, si

DE TESTAMENTO HOMINUM RURALIUM disertaturus, Rem a Definitione exordiar, ejusdemq; causas diligentiori mentis trutinæ subjiciam; Quibus cognitis, res ipsa erit planior; sicuti e subjectis thesibus, nec multis, neqve prolixis latius apparebit. Sit ergo

CAPUT I.

De Definitione & Divisione.

§. I.

TESTAMENTUM a testatione mentis dictum *pr. 7. Definitio de Testam. Ordin.* uti multifariam in Jure habet ap- nominalis; pel-

A





pellationem; Vocatur enim ultima voluntas, in L. 29. C. de Testam. ultimum elogium in L. 20. C. de Jure delib. Moderamen voluntatis, in l. 8. C. qui testam. fac. poss. Voluntas suprema, l. 1. c. de SS, Eccl. Legitima, l. 2. c. comm. de leg. Voluntas mortuorum, l. 18. C. de Testam. Legitimus sensus d. l. 2. Judicium mortuorum, l. 15. C. de Testam. Ita quoque ambigue passim accipitur. Nam interdum significat Tabulas Testamenti t. t. ff. Testam. quem. aper. l. 16. pr. ff. ad L. Corn. de fals. Sæpe pro Scriptura Testamenti usurpatur. t. t. ff. de his qui in test. delen. Non nunquam stricte & proprie perfectam, solennem & legitimam ultimæ voluntatis declarationem indigitat, l. 1. §. seqq. ff. §. C. qui test. fac. poss. l. 27. C. de testam. Aliquando vero late quamlibet supremam voluntatem denotat, & tunc etiam Codicillos, aliaque Testameata minus solennia comprehendit, arg. l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. ff. de Jure Cod. l. 21. §. ex imperf. C. de testam. quæ acceptio est hujus loci, arg. l. f. C. de testam.

§. II. Vocabulum RURALIS vice versa derivatur a Rure, quod est locus extra urbem consideratus, uti sunt agri, & villæ. Hinc quoque Rus sæpe opponitur Civitati, uti in l. un. C. si Curial. relic. civit. rus habit.

Definitio  
realis.

§. III. Hisce præmissis, DESCRIBIMUS Testamentum Hominum Ruralium, quod sit Testamentum, quo homo ruralis, coram Actis, aut quinque Testibus, si plures habere nequeat, disponit de omni eo, quod post mortem suam fieri velit, l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. f. C. de testam.

Dividitur in  
judiciale

§. IV. DISPESCI POTEST hoc Testamentum in judiciale & extrajudiciale. JUDICIALE est, quan-



do Rusticus coram Actis cujuscunque Judicii, suam ultimam voluntatem declarat & offert, ad hoc, ut Actorum autoritate sustineatur. *Eckolt, ad ff. tit. qui Testam. fac. poss. §. 5.* quod tamen cum urbanorum Testamento judiciali, in multis haud differre solet.

§. V. EXTRAJUDICIALE verò est, quod citra extrajudiciale. Judicis confirmationem ab agresti homine privatos intra utrumque in scriptum & nuncupativum. parietes ordinatur atque absolvitur: Et ab accidenti utrumque in scriptum & nuncupativum. utrumque SUBDIVIDITUR in scriptum & nuncupativum. ILLUD EST, quo Testator scriptura intercedente heredem declarat, *l. 26. §. fin. C. de Testam.* HOC EST, quando Testator viva voce voluntatem suam exprimit, hæredemque coram actis vel testibus nuncupat. *arg. §. fin. Inst. de Testam. Ordin. l. 21. §. 2. C. & l. 21. pr. ff. qui Testam. fac. poss. l. 26. l. fin. C. de Testam.*

## CAP. II. DE CAUSIS.

### §. I.

Accedimus AD CAUSAS, ubi deprehendimus causam Causa est vel efficiens remota. efficientem, tam remotam & propinquam, quam causam αργον αλαγεινον. REMOTAM quod attinet, nihil aliud denotat, quam Juris Dispositionem. Nam omni Juri eam adscribimus, ita, ut nec Gentium vel Naturæ Jus excipiamus, quia ab hoc omnibus hominibus conceditur libera testandi facultas, quamvis forma testandi sit Juris positivij. *Franz. Exerc. 6. quest. 1. Vinn. ad pr. Inst. de Testam. Ordin. quo ipso deprehendimus tam Jus Civile. l. f. C. de Testam. quam Canonicum. c. 10. X. de Testam. cum Rec. Imp. de anno 1512. Tit. von Nostariens/*



tarien/ §. von Testamenten: ibi: Daß auf dem Gavo/  
wo Bauers Leute Testamente machen/ und mehr Zeu-  
gen nicht zu bekommen/ auffß wenigste fünff Zeugen be-  
nöthiget seyn.

vel propter  
quam

§. II. CAUSA *προκαταρκτική*, seu occasio huius  
Testamenti Ruralis, tum a parte Legislatoris, tum a par-  
te ipsius testantis, est partim ruralium simplicitas, quæ  
quandoque a forma quædam remittit: *arg. l. 7. §. 4. ff. de jurisd.* partim locus solitarius, & inde præsumpta  
testium inopia, *l. f. C. de Testam. Sigism. Finckelb. Obs. 75. num. 14. Job. Brunn. ad l. fin. C. de Testam. n. 3. Habn. ad Wesenb. tit. qui testam. fac. poss. n. 10.*

vel propin-  
qua

§. III. CAUSA EFFICIENS PROXIMA, quæ im-  
mediate influit in effectum, est persona de suis rebus dis-  
ponens, & quidem illa, quæ vitam agrestem elegit, uti  
Rustici, *l. f. C. de Testam. & Rec. Imp. de anno 1512. tit. von Notarien / §. von Testamenten / & alii homines ruri degentes, sive Masculi, sive Fœminæ Constit. Aug. 15. P. 2. ubi Carpzov. def. 10. Matth. Berhch. P. 2. Concl. 17. num. 97. Nobiles an ignobiles sint, usque adeo, ut ad Pastores paganos, Barthol. ad l. 8. ff. de Jure Codic. Habn. ad Wesenb. tit. qui testam. fac. poss. num. 10. & Mecha-*

quæ conti-  
net homi-  
nes ruri de-  
gentes.

nicos ibidem habitantes quoque extendamus. Quan-  
quam alii tantum Rusticos admittant, cum Leges unice de  
Rusticis loquantur, quemadmodum sentit *D. de Mag- del. de Numero Testium in Testamentis requisito P. 1. c. 18. 21. num. 15.* Verum, cum non tantum simplicitas, sed etiam loci solitarii ratio sit habenda, & persona una cum loco conjungenda, ita & has personas comprehendendas esse putamus. *Grass. qu. 54. n. 5. Brunn. ad l. f. C. de Testam. num. 2.* nam scire Leges non est verba earum tenere.



tenere, sed & vim ac potestatem, *l. 17. 20. 21. ff. de LL.*  
modo illæ animum perpetuo ibidem habitandi elegerint, aut saltem pro majori parte temporis ruri degant.  
*Vasqu. de Success. & ultim. volunt. l. 3. lim. 12. §. 22. num. 32. & seqq. p. 601.* nec distinguendum est, an aliquis sit  
eruditus nec ne *d. l. num. 31. Job. Brunm. ad l. f. C. de testam. n. 3. Dav. Mev. ad Jus Lubecens. tit. 1. Art. 1. n. 54.*

§. IV. Hinc sua sponte fluit, quod hoc privilegium testandi locum non inveniatur, si testator tempore Testamenti sit quidem homo ruralis, sed ille non in pago, sed civitate ultimam suam voluntatem ordinet. Nam tunc de solemnitatibus ipsi nil remittitur, sed omnia solennis Testamenti requisita adhibere necesse habet: *arg. pr. Instit. de Testamentis Militar. peritos enim potest hoc in casu consulere & testium defectum propter loci qualitatem supplere. arg. d. pr. Instit. de test. milit. Masq. de Prob. Vol. 3. Conf. 1319. num. 46. Brunm. ad L. f. C. de Testam. n. 6.* Ex quo apparet, quod nec suburbani nostro privilegio gaudeant, *Carpz. P. 3. C. 4. Def. 30. num. 5. Faber. in Cod. l. 6. tit. 5. Def. 26. n. 2.* quanquam alias prædia suburbana & rustica in multis conveniant, *dd. ll.*

§. V. Sed magis in contentione ferram trahitur. Numne homo in civitate alias constitutus, cum aliquando ruri degeret, si forte ægrotet in villa, nec plures quam quinque testes invenire queat, Testamentum rurale condere possit? Ita quidem sentiunt non infimæ sellæ *Dd.* hisce rationibus potissimum suffulti, quod summa necessitas, quæ Legis rationem non habet, adesse dicatur, *l. 5. ff. de Offic. Procons. accedat favor Testamenti argtol. i. C. de S. S. Eccl. qui alias militibus*

si modo in  
pago non  
civitate Te-  
stamentum  
ordinet

Quod ta-  
men civi-  
bus in pa-  
go testanti-  
bus non  
permittitur.



litibus a solennitate multa remittit, *pr. Inst. de testam. milit.* Verum hæc tanti non sunt, ut contrariæ opiniononi non subscribamus; Forma enim testandi non a casu & necessitate, aut absoluto testatoris arbitrio, sed a Lege ita disponente maxime dependet, cum nemo in testamento suo cavere possit, ne Leges in eodem extum habeant. *l. 55. ff. de Leg. 1.* accedit, quod in ultimis elogiis omnibus modis cavendum sit; ne fraudes in iisdem committantur. Quem in finem & Testatoris potissimum favorem tot solennia a Legibus Romanis sunt excogitata, ne falsitas quædam in Testamento occurrat. *l. 29. C. de testam.* & ita, quod specialiter militibus ex singulari privilegio concessum reperitur, non potest trahi ad consequentiam *l. 14. 15. ff. de LL. cum & alias peregrinantibus de solennitatibus in testamento nihil remittatur. arg. pr. 7. de Codic. & L. f. C. eod.* Quare existimandum esse censeo, quod morientibus in villa, non aliter quam cum solennitate præscripta, testari sit permissum. *arg. S. f. Inst. de testam. milit. nec obst. Nov. Leonis 41. ibi: Nos igitur sancimus, ut in civitatibus quinque testibus stabilitum Testamentum approbetur, in itineribus vero & agris aliisque inhabitatis locis trium testium confirmatio suscipiatur.* Nam eam, in Germania nostra nullam Legis autoritatem, imo nec in ipso Oriente, obtinuisse constat ex *Cujac. l. 17. Obs. 31.* Unde qui hoc in casu impeditus fuerit testamentum solenne ordinare, patiatu id fieri, quod Leges desiderant, ut nempe bona perveniant ad successorem sanguine junctum: Cum nulla moralis necessitas adsit, quæ extra casum expressum aliquid diversum suader; nisi forte hæc Leonis Novella alicubi specialiter sit recepta, *arg. l. 32. pr. ff. de LL.* Et hanc opinionem



nionem tanquam Juri & rationi conformem agno-  
runt. *Peter. Gilken, ad l. f. C. de Testam. Ordin. num.*  
*39. Ludw. de ultim. volunt. P. 2. cap. 1. pag. 212. & cum*  
*is Excell. Dn. Stryck, in Disput. de Testam. in itinere con-*  
*fecto.* Sufficit tamen tempore testamenti conditi ali-  
quem fuisse hominem ruralem quamvis incola civita-  
tis postea efficiatur, *Jobann. Ernest. Majer, ad tit. Instit.*  
*de Testam. Militar. pag. m. 509.* cum qualitas testatoris  
regulariter ab initio, non ex post facto sit inspicienda,  
*arg. §. 7. Inst. de Testam. Ordin. l. 18. qui testam. fac. poss.*  
*Vasqu. de Success. l. 3. §. 22. limit. 12. num. 34. Jason. ad*  
*l. f. C. de Testam. Carpzov. lib. 5. Resp. 62. n. 19. & seqq.*

§. VI. Non sufficit autem adesse aliquem turi  
addictum, sed insimul requiritur, quod Testator nec  
natura, nec Lege prohibeatur, *l. 4. ff. qui test. fac. poss.*  
IMPEDIUNTUR autem NATURA, non solum ob ra-  
tionis, sed & corporis defectum: ILLO CASU impu-  
beres, i. e. quatuordecim annis minores in masculis,  
& duodecim in foeminis, tempore non naturaliter,  
sed civiliter computato, ut ultimus dies pro comple-  
to habeatur *l. 5. ff. qui test. fac. poss.* testamentum ordi-  
nare nequeunt. Minores vero qui hanc aetatem egres-  
si sunt, licet annum vigesimum quintum de Jure Ci-  
vili, & annum vigesimum primum de Jure Saxo-  
nico nondum impleverint, recte testantur, *d. l. 5. &*  
*l. 4. C. eod.* etiamsi Curator ejusdem dissentiat. *l. 3. C. d.*  
*r. l. 20. §. 1. ff. de liber. leg.* quod & in foro Saxonico de  
mulieribus sine Curatorum consensu testantibus dicen-  
dum est. *Const. Aug. 15. P. 2. ibique Carpz. Def. 10.* Cum  
certum sit, quod morientium elogia, non ab alterius  
arbitrio dependere debeant. *l. 32. ff. de hered. inst.* Aliud  
vero statuitur de furiosis, qui cum rabie insaniant, &  
mente

Modo Te-  
statores  
non prohibeantur  
vel Natura  
& quidem  
ob defectum  
animi  
ut impube-  
res  
non vero  
minores &  
Mulieres,



mente captis, qui citra rabiem tranquillam mentis alienationem patiuntur, §. 1. *J. quibus non est permiff. fac. testam. l. 9. C. eod. l. 5. C. de Codic. quibus comparamus fumine ebrios & iratos, arg. l. 2. 13. in f. ff. de inoff. test. Vinn. ad §. 1. J. quibus non permiff. fac. test.* neque ab eorum numero excludimus prodigos, qui insimul bonorum interdictionem acceperunt, §. 2. *Inst. quibus non est permiff. fac. testam. l. 10. pr. ff. de Cur. fur. l. 40. ff. de R. J. hi enim omnes minus recte testantur dd. ll.*

vel ob defectum corporis ut muti surdi.

& cæci nisi adhibitis quibusdam solennitatibus.

§. VII. Ob corporis qualitatem idoneus Testator non est, qui simul mutus & surdus natus est, §. 3. *Inst. quibus non est permiff. fac. test. l. 10. C. qui testam. fac. poss. nam si morbo talis reperitur & signis voluntatem sufficienter declarare queat, non dubito, quin ipsius Testamentum subsistat, modo mutus scribere, surdus vero eloqui possit, l. 10. C. qui testam. fac. poss. ubi Brunnem. n. 1. & seq. Sed an nostra testandi forma in Cocco Rustico requiratur? quæstionis est: Et statuunt non pauci, quod si in Pago quis præter quinque testes, vix plures habere queat, ad minimum Notarium, aut in defectu ejus sextum adhibeat testem, quod ex l. 3. C. qui testam. fac. poss. confirmare contendunt, ubi statuitur? quod ibidem modus, qui in testamento observatur, æque in Codicillis Cæci censeatur congruus: Ex quibus ita inferunt; Quemadmodum in Testamento Cæci ultra septem testes Notarius adhuc, aut vice ejus octavus testis, ita quoque in Codicillis cæci ultra quinque adhuc sextus impetretur; Quod ad paritatem rationis ad Testamentum Cæci Rustici non improbabiler extendendum esse. argto. l. f. C. de testam. Et hanc sententiam amplectuntur *Jason. ad d. l. 8.**



l. 8. & Dn. Struv. in Jurisprud. Forens. l. 2. t. 28. aph. 2.  
Sed cum testandi modus ob justissimum falsitatis me-  
tum, quem oculorum acies removere alias queat, mul-  
tis vigiliis excogitatus, & ab Imperatore, quoad minus  
solennia testamenta in d. l. 8. expresse approbatus sit;  
ita verba l. 8. non proportionabiliter, sed dispositively de  
Cœcorum ultimis voluntatibus accipienda esse arbitra-  
mur cum Brunncm. ad d. l. 8. Carpz. Part. 3. Const. 6.  
Defen. 5. Hontbem. de Art. Notar. l. 2. cap. 39. num. 10. &  
seqq. & cap. 49. num. 10. & seqq. Vasq. l. 3. Controv. cap. 103.  
n. 13. Barry l. 1. t. 6. num. 6. Turret. de claus. Codicill. quæst.  
10. Præcipue, cum hæc sententia tanquam communis  
in Rec. Imper. de anno 1512. tit. Von Testamenten. §. Aber  
zu eines Blinden. & §. Es ist auch nicht allein in einem  
Testamente eines Blinden / sondern auch in seinem Co-  
dicillen / und andern letzten Willen / noch sol. he. Form  
zu halten. diserte fuerit repetita: Cui accedit, quod  
l. f. C. de Testam. de cœci testamento nihil novi dispo-  
suerit, nec d. l. 8. tanquam antiquiorem correxerit, ut ex-  
inde satis inferendum esset, superiorem Legis 8. Dispo-  
sitionem, per d. l. f. tacite quasi approbatam fuisse. Et  
ita Amplissima Facultas Juridica Lipsiensis, ad Consul-  
tationem H. G. zu R. Mense Julio currentis anni, no-  
vissime respondit: Auf Eure an uns gethane Frage/  
erachten Wir / nach fleißiger Verlesung und Erwegung  
derselben / in Rechten gegründet / und zu erkennen seyn.  
Ist Cajus Crassus ein blinder Bauers Mann zu Ru-  
dersdorff verstorben / und hat zuvor einen letzten Willen  
aufgerichtet / darinnen Er seiner Frauen Schwester Toch-  
ter Tarquinam Superbam als Erbin eingesetzt / &  
will aber des verstorbenen Bruders Sohn / Carolus  
Crassus solchen Willen anfechten / und giebet vor, als  
wann

B

wann



wann solcher wegen ermangelnder Solennität nicht bestes  
 warth sechs Zeugen nuncupiret / und von diesen unter  
 geschrieben worden / daß es dahero scheint / als wenn derselbe  
 wegen Beyseyn solcher Zeugen / entweder als ein Codicill /  
 oder doch / als ein Testament unter Bauers Leuten auf  
 gerichtet / gelten könne / weil der Verstorbene Cajus  
 Crassus nicht mehr als nur sechs Zeugen habhafft werden  
 mögen. Dennoch aber und dieweil nach Verordnung  
 der Rechte / auch bey dem Codicill / welches ein Blinder  
 machen will / Acht Zeugen erfordert werden : Hiernecht  
 bey Aufrichtung des Crassi letzten Willen / unter denen  
 Zeugen zwey Weibes Personen gewesen / welche doch in  
 keinem / und dahero auch in dem Testamento Rustico  
 rum nicht zulässig. So ist auch der von Cajo Crasso  
 aufgerichteter letzter Wille / weder als Codicill / noch  
 als ein Testamentum Rustici / beständig / sondern wegen  
 Ermangelung der nöthigen Solennitäten / vor unfräfftig  
 billig zu halten / **B. R. W.**

vel lege ut  
 servi & alii.

non vero  
 condemnati  
 ad mortem

§. IIX. Veniunt in Ordine, qui Lege removen  
 tur a Testamenti factione activa, quales sunt illi, qui  
 Cives Romani non sunt, l. 1. §. 2. ff. de Leg. 3. ut servi,  
 l. 16. ff. qui testam. fac. poss. obsoles l. 11. ff. b. t. depor  
 tati & in opus publicum damnati l. 2. §. 1. l. 17. §. 1. ff.  
 de pen. quod & olim ad damnatos ad mortem exten  
 debatur. l. 8. §. 1. ff. qui test. fac. poss. l. 6. §. 6. ff. de inj.  
 rupt. & irrito fac. test. secus quam moribus nostris, qui  
 bus illi, servi poenæ non amplius efficiuntur, N. 22.  
 cap. 8. & ob id civitatem retinent, Richter, Dec. 75. num. 2.  
 Job. Philipp. l. 1. Eccl. 34. limitatur tamen, si delinquens,  
 tale crimen committat, quo simul confiscantur bona,  
 Hermann. Scamm. de serv. perf. l. 1. tit. 2. cap. 7. num. 10.  
 Hug



Huc pertinent quoque Peregrini, qui subditi Imperii non sunt, l. 1. C. de hered. Inst. l. 21. pr. C. de Testam. arg. l. 3. ff. qui testam. fac. poss. l. 6. §. 1. l. antepen. C. Commun. de success. Quod tamen vix amplius observatur & hodie Peregrini propter Auth. omnes peregrini C. d. t. Græw. d. L. L. abrog. ad l. 1. C. de hered. inst. Lauterb. tit. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. Et tit. d. hered. Inst. Nisi adfit in bannum Imperiale proscribitur, qui non tam peregrino, quam hoste potius imperii habetur, Herman. Stam. de serv. pers. l. 1. t. 3. cap. 4. num. 2. Et seqq. Singulare tamen adhuc reperitur in Gallia, ubi Peregrini de bonis suis testari nequeunt: Licet enim hi vivant, ut liberi, moriantur tamen ut servi, teste Job. Baquet. in Tract. de Droicts, de Domaine de la Courone de France Tr. du Droict. d' aubeine P. 2. chap. 17. n. 4. Et chap. 19. Et ob id justum est, quod vi Juris retorsionis & ipsis Gallis in nostris Provinciis testandi facultas adimatur. Sed majorem in modum ambigitur; Numne Homines Proprii Leibeigene Leute / Testamentum ut & homines proprii condere possint? Et Hoc affirmandum duximus: licet enim hi Servis æquiparentur, & ideo testandi facultas ipsis denegari videatur, arg. l. 19. ff. qui testam. fac. poss. arg. l. 32. ff. de R. J. Et l. 15. ff. qui testam. fac. poss. proprie tamen servi non dicuntur, cum revera in numerum liberorum hominum recensentur & capaces eorum omnium sint, a quibus per specialia statuta & consuetudines non excluduntur. B. Lauterb. in Controv. Jur. post. Vol. 4. thes. 40. Et 79. Et de singul. Affin. Jur. Diff. 2. Port. 2. cap. 1. pag. 53. modo non de prædio, quod quasi intuitu Domini sui possident, sed aliis tantum bonis, quæ Jure proprietatis habent, disponant. David, Mer. in Tract. Von Zustand und Abforderung der Bauersleute.



Leute. qu. 1. num. 35. Herm. Samm. de Servit. Poss. l. 3. c. 17.  
n. 1. & seqq.

**§. IX.** Præterea requiritur, ut sit Testator homo  
sui Juris & Pater familias. Nam Filius & Filia familias  
de Jure Civili super rebus suis Adventitiis etiam irregu-  
laribus nullam Dispositionem relinquere potest. *l. penult.  
C. qui testam. fac. poss. pr. Instit. quibus non est permiss. fac.  
testam. ibiq; Exceh. Dn. Stryck. in not. in tantum licet ipsius  
Patris consensus accedat. d. pr. l. 6. pr. ff. §. l. 3. §. 1. qui testam.  
fac. poss.* Nec obstat. *Nov. 117. cap. 1. §. 1.* hæc enim loquitur  
de Dispositione inter vivos, non vero ultima voluntate.  
*Wilb. Ludw. in Tract. de ultim. volunt. ad l. f. §. 5. ver. su. filius  
autem familias. C. de bon. que liber. pag. 603.* Quæ dicta  
tamen ad peculia Castrensia & quasi Castrensia *§. f. Inst. de  
testam. mil. l. f. C. de inoffic. testam. cum ibidem habeantur  
pro Patribus familias. l. 1. 2. ff. ad Sct. Mac. & Donationes  
mortis causa. l. 25. ff. de m. c. donat. vix extenduntur,  
modo in Donationibus hisce, Patris Assensus adhibeatur:  
non obstat. l. 7. §. f. ff. de Donat. ad quam responderet *Amad.  
Eckold. ad tit. ff. de Don. m. c. §. 3.* qui simul diversitatis  
rationem subnectit,*

**§. X.** Tandem Lege prohibentur ordinare Testa-  
mentum, Hæretici. *l. 4. §. 5. junctâ Auth. Credentes &  
Auth. Gazaros. C. de Heret. Apostata. l. 3. C. de Apost.  
& Venefici. Richter. Dec. 57. n. 11. & seqq. nec non ob  
earmen famosum damnati. l. 18. §. 1. ff. qui testam. fac.  
poss. l. 21. ff. de Test. l. 5. §. 9. ff. de injur. & usurarii mani-  
festi. c. f. de usur. in 6to. Ludw. in Tract. de ultim. vo-  
lunt. Part. 1. pag. 36. & Part. 2. pag. 202. quibus addunt  
alii Monachos ob Auth. ingressi. c. de SS. Eccl. de quibus vide  
latius Ernest. Theoph. Majer. ad tit. Inst. quibus non est  
permiss. fac. test.*

CAP.



CAPUT III.  
DE OBJECTO.

§. I.

**O**BJECTUM est, circa quod versatur Rurale Testa- Objectum  
reale  
mentum, & ita tam reale, quam personale depre-  
hendimus. REALE complectitur omnia Testatoris  
bona, quæ proprio & pleno Jure ad eum spectant, l. 24.  
l. 120. ff. de V. s. l. 62. ff. de R. J. sive sint corporalia, sive  
incorporalia, & omne illud, quod in universum Defun-  
ctus habuit. l. 1. ff. qui testam. fac. poss. Non autem  
quæ fidei commissio sunt gravata, Carpzov. part. 3. Cons.  
8. Def. 30. Similiter bona feudalia. 1. feud. 8. Gera-  
dica & Hergewetica ad censum Testamenti non refe-  
runtur. Carpzov. d. l. cum testandi licentia de iis rebus  
interdicatur, nisi ille, ad quem hæc bona demum per-  
tinent, consentiat dd. 11.

§. II. OBJECTUM PERSONALE est heres Personale.  
institutus, qui vel ex necessitate institui debet, ut sunt  
liberi nostri, §. 2. Inst. de her. qual. & differ. §. 4. & 5.  
Inst. de Exhered. liber. & parentes Nov. 115. cap. 3. & 4.  
vel ex voluntate libera, & sic unusquisque admittitur,  
nisi prohibeatur. Prohibentur vero institui, Hæretici.  
l. 4. §. 2. C. de heres, Anabaptistæ. d. l. 4. l. 3. C. de Apost.  
Collegia illicita. l. 8. C. eod. filii eorum perduellionis. limitatio  
l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Maj. non vero eorum filia & nepotes.  
d. l. 5. §. 3. argto. l. 6. ff. de test. tut. bene tamen ince-  
stis nuptiis polluti l. 2. §. 4. C. de incest. nupt. nec non  
peregrini, qui non sunt cives Romani. argto. l. 6. §. 2.  
ff. de test. milit. & mulier intra annum luctus nubens.  
l. 2. C. de 2dis nupt. quod tamen non ubique observatur,  
nec



nec in muliere amplius attenditur, *Lauterbach. ad tit. ff. de his qui sunt sui vel alieni Jur.* Plures, qui institui non possunt, recenset *Eckolt. ad tit. ff. de hered. instit. §. 6. & seqq.*

Et parum refert an in tota hereditate, an pro parte quis instituitur

§. III. Nec interest, an quis instituitur in tota hereditate, vel pro parte ejus. §. 5. & 6. *J. de hered. inst.* aut in re certa. *l. 13. C. eod.* quo tamen casu, si alii heredes non concurrant, ei, qui in parte institutus est, reliqua hereditaria bona æque accrescunt, *d. l. 13.* cum nemo paganus pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit. *l. 7. ff. de R. J. §. 5. J. de hered. inst.* Quod si vero heres partialis socios habeat, videndum; an duo plures in rebus certis, an vero in partibus hereditariis instituti deprehendantur, ita, ut ILLO CASU assignata pro prælegatis accipiant. *l. 33. pr. ff. de hered. inst.* HOC vero CASU, pro cujusvis parte proportionabiliter hereditatem capiant. §. 6. & 7. *J. de Hered. inst.* secus est, si forte unus in parte Rei, alter in parte hereditatis instituitur, quo ipso prior pro Legatario, posterior vero pro universali reputatur herede *d. §. 6.* licet maxima pars hereditatis in re particulari laeatur, nam heres secum deliberabit, an expediat ipsi hereditatem adire, nec ne *d. §. 6.*

quid si plures nomine colectivo instituantur?

§. IV. Sed quid si testator plures heredes instituat, primum quidem simpliciter & separatim; reliquos vero nomine colectivo: e.g. Pamphilus & Filii fratris mei Sempronii heredes sunt, quomodo inter eos dividenda esset hereditas? Resp. Pamphilus semissem, Sempronii vero filia alterum semissem habebunt, quia hi, unius personæ vice funguntur. *l. 11. l. 13. pr. l. 59. §. 2. ff. de hered. instit. l. 9. ff. de vulg. subst. l. 7. ff. de usufr. accresc.* Nec obstat. *l. fin. C. de Imp. & aliis Subst. l. 88.*



l. 88. §. 6. ff. de Leg. 2. & L. Quidam relegatur. §. 1. & LL.  
seqq. ff. de Reb. dub. ad quas respondet Wissenbach, ad ff.  
Disput. 56. thes. 14.

## CAP. IV. DE FORMA.

### §. I.

Cum FORMA det esse Rei, ita quoque de eadem Forma  
in presenti sumus solliciti, ne illa deficiente totum  
Testamentum corruat; Consistit autem Forma Te- consistit in  
stamenti in Genere, in libera Heredis Institutione, quæ heredis in-  
stitutione  
est basis atque fundamentum totius Testamenti. §. 34. Quæ sit vel  
Judicialiter  
TUITUR, vel in Testamento Judiciali vel Extrajudi-  
ciali; In JUDICIALI Testator coram Actis cujus-  
cunque etiam proprii Judicii arg. l. 2. pr. ff. de Offic. Proc.  
l. 3. & l. 4. ff. d. Adopt. l. 5. ff. de Manumiss. Vind. Dav.  
Medius ad Jus Lubec. Part. 2. Tit. 1. art. 2. num. III. vo-  
luntatem declarat, & ordinat, quem velit habere he-  
redem, arg. l. 19. C. de Testam. Eckolt. ad tit. ff. qui testam.  
fac. poss. §. 5. Ubi insinuat requiritur, ut ipse Testator  
non per procuratorem insinuationem perficiat. Carp-  
zov. Part. 3. Constit. 3. Defin. 23. Si vero de presentia  
Testatoris dubitetur, tanquam res facti ab allegante  
probari debet. Carpzov. d. l. Def. 25. 26. quo tamen casu  
judici attestanti, testatorem presentem fuisse creden-  
dum est Dec. Elect. 3. ubi Job. Philipp. Obs. 1. Sin  
autem Testator scriptis in Judicio offert ultimum  
suum elogium, non tamen potest illud valere, etiamsi  
dicat, in eo sit sua voluntas, quam velit, ut servetur;  
nisi



nisi Testator quoque sit gnarus scripturæ. *Carpzov. Part. 2. Dec. 149.* hinc pro Cautela est, ut scriptum testamentum a Rustico vel alio literarum ignaro, coram actis insinuatum, antequam recipiatur, offerenti prius prælegatur, ne ulla fraus intercedere queat. *Carpz. dd. 11.*

remotis etiam assessoribus.

§. II. Qua occasione quaeritur, numne præsentia Assessorum vel Scabinorum ibidem sit necessaria? Et distinguendum esse putamus; an insinuatio fiat in loco Judicii, an vero extra eum, ILLO CASU sola Judicis præsentia sufficit, modo Actuarius adhibeatur. *Decis. Elect. 45. ubi Joh. Philipp. Obs. 1. & Johann. Brunnem. ad l. 19. C. de Testam. circa finem:* nisi periculum sit in mora, ubi in nostris terris soli Judici aut vice ejus Actuarius, Testamentum recte offertur, *d. Decis. Elect. 45. ubi Joh. Philipp. Obs. 2.* modo ultimo casu Jurisdictionis Exercitium ipsi specialiter commissum fuerit, *d. Decis. 45.* HOC CASU si forte testator ob infirmitatem ipse Judicem adire nequeat, necesse est, ut Judex cum Scabinis aut Assessoribus Judicii, testamentum visitet & Testamentum ab eodem recipiat. *Const. Aug. 3. Part. 3.* si vero Judici propter Impedimentum aliquod non integrum sit, actui testandi interesse, duos vel plures ablegare potest, ut ipsis insinuatio præstetur, *Carpz. P. 3. Const. 3. Defin. 20.* Unico tamen Scabino Testamentum extra Judicii locum haud valide insinuat, *d. Const. 3. Part. 3. & Dec. Elect. 45.* cum in foro nostro Saxonico, extra casum summæ necessitatis, personæ Judiciales desiderentur, *d. Const. 3. ubi Carpz. d. 17.* limitationem vide *def. 19.*

quam potestatem Sculteti &

§. III. Sed magis controversitur, an Sculteto seu Prætori Pagano & Scabinis Insinuatio hujus Testamenti valide contingat? & quemadmodum hæ personæ



sonæ Jurisdictione destituuntur, & hæc Insinuatio, ad Scabini in  
 actus Jurisdictionales pertinet; ita hoc negandum esse Pagis non  
 habent  
 diximus: Dicitur enim hoc testamentum actis insi-  
 nuari; apud eos autem nulla sunt acta, & ob id spon-  
 te sequitur, quod insinuatio coram iis frustra expedia-  
 tur, *Finckelb. Observ. 75. num. 7.* Verum quæ dicta  
 sunt, limitationem habent, (I) Si Dominus vel Nobi-  
 lis Scultetum cum Scabinis ad id ablegaverit, ut vice  
 ejusdem Testamentum ab alio recipiat. *Carpzov. Part.*  
*3. Const. 3. Defin. 20. num. 7. & seq. Berlich. Decis. 95.*  
*num. 9.* (II) Si Jurisdictio ejusmodi personis ratio-  
 ne officii sit concessa, nec interest, an hæc ad mino-  
 rem; an ad majorem summam se referat, cum cui-  
 usque Judici recte fiat insinuatio. *l. 19. pr. ibi. cujus-*  
*cunque Judicis. C. de testam.* Est enim actus volun-  
 taria Jurisdictionis, qui coram quocunque Judice ex-  
 pediri potest. *argro l. 2. ff. de Offic. Proconsul. l. 3. & 4. ff.*  
*de Adopt.* Nec movet in contrarium, quod hæc per-  
 sonæ acta solennia non habeant, ut ibidem testamen-  
 tum recondant. Nam possunt receptam voluntatem, Responde-  
 tur  
 vel in loco sacro vel in profano, utpote in *Schulgen*  
*Gerichten* custodire; sufficit namque securitas, ut non  
 facile auferri, vel mutari queat. *Carpzov. Part. 3. Const.*  
*3. Def. 12. & 14. Eckolt. ad ff. Tit. qui Testam. fac. poss.*  
*§. 18.*

quod tamen  
 limitatur  
 (I)  
 (II)

ad objectio-  
 nes  
 Responde-  
 tur  
 vel extraju-  
 dicialiter  
 ubi septem  
 testes regu-  
 lariter requi-  
 runtur nisi  
 defectus  
 hominum

§. IV. Hactenus de Testamento Judiciali. Ex-  
 trajudiciale sequitur, quod sicuti judiciale potest esse  
 vel scriptum vel nuncupativum, ILLUD scripturam re-  
 quirat; HOC autem palam, ut exaudiri queat, propo-  
 nitur. *argro: §. f. Inst. de Test. Ordin. L. f. C. de Te-*  
*stam.* Hæc occasione de Testibus inquirendum, quot  
 in utroque adhiberi debeant, & de numero septena-  
 rio

C



ad sit, ubi  
quinque suf-  
ficiunt

Quid si sex  
testes habe-  
ri potuis-  
sent?

Limitatio in  
Codicillis

rio nihil remittitur, si modo haberi possint *l. f. C. de testam.* seu est, si tanta copia in aliquo loco non inveniatur, ubi ob privilegium ruri degentium quinque sufficiunt, *d. l. f.* Et cum in Pago defectus personarum praesumatur, heredi non injungitur probare testatorem, plures quam quinque testes in Pago non reperiisse, sed sufficit, si Notarius, aut ipse Testator in ultima voluntate dicat, ob defectum plurium, se quinque Testes adhibuisse. *Daub. de testam. ad l. f. C. eod. n. 2. ampl. 2.* Quid autem si Testator sex testes potuit invenire, quinque tantum adhibuit, an hoc testamentum subsistat? & respondemus quod sic, quia in *d. l. f. C. de Testam.* dicitur, septem aut quinque adhibendos esse testes, nec obstat. *Rec. Imper. de anno 1512. tit. Von Testamenten / §. und haben die Notarien. ibi wann mehr Zeugen nicht in Testamente wären / auffß wenigste fünf Zeugen.* Nam verba sunt ita interpretanda, quod non infra quinque adhibeantur, unde quinque testes sufficere putamus, si septem haberi nequeant. Et hanc sententiam tanquam communem amplectitur. *Daub. d. l. num. 2. ampl. 1. Vasqu. de Success. creat. l. 3. §. 20. num. 30.* Quibus istam subnectimus controversiam: Num in Codicillo Rustici quinque Testes adesse debeant? Et quoniam in Legibus de eo nihil dispositum est, ita secundum *l. f. C. de Codicill.* quinque testes adhibendos esse existimat *Carpzov. Part. 3. Const. 4. Def. 3. num. 4.* Sed quia in hoc Testamento, ob inopiam personarum de numero testium, duo remittuntur, sic tres ad condendum Codicillum sufficere, si plures in Pago non reperiantur, statuit *Excell. Dn. Stryck. in Disput. de Testamento Rustic. cap. 3. num. 50.* ubi insimul *Carpzov.* dissentienti respondet.

§. V.



§. V. De Numero testium dicta sufficiunt, de Testes vero  
Qualitate eorum adhuc restat. Et omnes adhiberi admittuntur  
possumus, cum quibus est Testamenti factio passiva,  
nec tempore testamenti conditi, vel natura vel Lege qui non re-  
prohibeantur; Prohibentur autem NATURA, vel ob moventur  
defectum animi, ut furiosus. §. 6. J. de Testam. Ordin.,  
mente captus, d. §. 6. prodigus ita declaratus, l. 18. in vel ob Natu-  
ra  
m  
Ob defectum vero corporis, ut surdi, vel natura vel vel ob Le-  
casu tales, nec non muti & cœci, §. 6. J. d. t. & l. 20. gem prohi-  
bitivam, &  
§. 1. ff. qui testam. fac. poss. argto. l. 9. C. de Testam., sic arcentur  
Ludwel. Exerc. 7. thes. 8. lit. 6. LEGE vice versa re- servi  
moventur intestabiles. l. 26. ff. qui testam. fac. poss. de  
quo Ludwel. d. l. thes. 6. lit. C. & servi §. 6. J. de non proprii  
Testam. Ordin. l. 11. ff. de Testibus. quod tamen ad pro homines  
prios homines non est extendendum, hi enim revera  
sunt liberi, & per supra tradita capaces omnium eorum,  
a quibus per specialia statuta & consuetudines locorum  
non excluduntur. Lauterb. in Controv. Jur. post. Vol. 4. thes. 79. & de singul. Affin. Jure Diss. 2. Part. 2. cap. 1. pag. 53. Herman. Stamm, de Serv. Pers. l. 3. cap. 17. num. 1. Junge Majer, ad tit. Instit. de jure personarum. pag. 123. Sed de fœminis majoris est dubii; bene tamen  
fœminæ  
utrum in Testamento rurali admittantur? & Dd. communiter affirmant, ea ratione suffulti, quod solennitates  
in Testamento rustici sint remissæ, & ob id fœminarum  
testimonium ad exemplum Codicillorum non removeant, arg. l. f. C. de Codicill. §. f. J. cod. Carpz. Part. 3. Const. 4. Def. 36. num. 6. & seqq. Verum cum  
Imperator in specie de testibus disposuerit, ut masculi  
adhibeantur. §. 6. J. de Testam. Ordin. l. 20. §. 6. ff. qui testam. fac. poss. nec de rusticis aliud statuerit, ita  
cen-



consendum est, quod a Testamento rurali sc̄minæ ar-  
ceantur. *Rbet. in Medit. ad Instit. Diff. 14. §. 9.* Eate-  
nus enim quatenus specialiter de testamento nihil in-  
dultum reperitur, illud omnino manet sub Dispositio-  
ne Juris Communis. *Vasqu. l. 3. §. 23. num. 34.* Ac-  
cedit quod Jus novum, uti habetur in *d. l. f. c. de Te-  
stam.* stricte sit accipiendum, &, ut quam proxime Ju-  
ri communi respondeat interpretandum, *dd. ll.* Et  
ita Amplissima Facultas Juridica Lipsiensis, ad Consul-  
tationem H. G. Mense Julio anni currentis, respon-  
dit, quemadmodum ex §. 7. *cap. 7.* apparet.

ut & non ro-  
gati sed casu  
fortuito ad-  
venientes

§. VI. Dubium præterea emergit, an testes  
casu fortuito advenientes recipiantur; an vero rogati in  
Testamento nostro adsint? de hac quæstione Interpre-  
tes fluctuant; Prius affirmat *carpxov. Part. 3. const. 4.*  
*Def. 36.* hac ratione admonitus, quod in Testamento  
minus solenni Rogatio testium non præcise exigatur  
*Hahn. de Testam. minus solenni tbes. 131. Junge Gido Pa-  
pa quest. 543.* Posteriores vero sententiam amplecti-  
tur *Barry de Success. l. 1. tit. 2. num. 9.* quem sequitur  
*Excell. Dn. Stryck. in Diff. de Testam. rustic. cap. 3. num.*  
*43.* quam opinionem propterea confirmare avertat,  
quod de rogatione testium in Testamento Rusticorum  
nihil sit remissum. *l. f. C. de testam.* ergo hæc quæstio  
secundum Dispositionem Juris Communis decidenda  
effet. *l. 12. 22. §. l. f. C. de Testam.*

Qui Testes  
in testamen-  
to scripto  
vel omnes

vel unus pro  
altero

§. VII. Antequam de Testibus materiam re-  
linquamus, inquirendum adhuc est; Numne Testes in  
Testamento scripto sese subscribere debeant? Et viden-  
dum, an literati adsint, qui scribere possint, an vero  
minus; *priori casu* omnes sese subscribant, *posteriori*  
vero *casu*, si unus vel alter scribere potest, hi quoque  
loco



loco reliquorum, ipsis tamen presentibus subscriptio-  
nem peragant. *l. f. C. de Testam.* secus est, si nemo litem  
ratorum intercedat, tunc enim absque subscriptione  
subsistit Testamentum, modo testibus voluntas Testa-  
toris prius fuerit praescripta, & quem sibi heredem re-  
linquere voluerit Testator, palam expressum fuerit. *d.*  
*l. f.* Quamvis alias in scripto Testamento, testes con-  
ta ejus nosse, non requiratur, sed sufficit, si Testator  
ipsis obrulerit scripturam, & testetur in eorum praesentia,  
in ea contineri suum Testamentum. *l. 21. pr. C. de Test.*  
Quo ipso tamen voluntas effectum demum  
sortitur, si testes post mortem Testatoris jurato ultimi-  
mum elogium confirmant, *d. l. f. in f. C. de Testam. & l. 9. c. de Testibus cap. 39. & 31. C. eod.* Quae tamen jurata confirmatio Testibus remittitur, si omnes subscri-  
pserint & nomina ac sigilla sua subjecerint, tunc enim  
sufficit, ut sigilla & manum recognoscant. *l. 4. ff. quem test. aper. ubi Job. Brunnem. num. 1.* nam Juramentum a  
Testibus illiteratis exigitur, si ob imperitiam sese sub-  
scribere non potuerint. *d. l. f. c. de Testam.*

§. VIII. Quod de Testamento scripto modo dictum est, aequè procedit in Testamento Nuncupativo: Hinc si literati in pago reperiuntur, & tales adint, aut sub numero testium unus ad minimum literatorum inveniatur, necesse est, ut vel omnes, vel unus nomine omnium subscribat. *l. f. c. de Testam.* & sic Testamentum degenerat, quasi in scriptum; Sin vero nullus testium scribere possit, quo casu Testamentum proprie manet Nuncupativum; Secus est, quando Testator Testamentum ipse scripsit & illud Testibus obrulit. Qui tamen hoc ipsum ob imperitiam subscribere non potuerunt; nihilominus pro Testamento scri-

se subscri-  
bat

sin nullus  
litorum  
adfit, jura-  
mento con-  
firmat testa-  
mentum.

Similiter  
procedit in  
testamento  
Nuncupati-  
vo



pto aut potius mixto habetur, & subscriptio Testium, Juramento suppletur. *Dn. Stryk, de Test. Rust. cap. 3. num. 29. & seqq.*

Sed quinarium testium numerus, in testamento inter liberos

2) Tempore pestis condito &  
3) ad pias causas remittitur

§. IX. Sed quod de numero Testium in l. f. *C. de Testam.* modo adduximus, illud remittitur in Testamento Rustico, Parentum inter Liberos, ubi sola Testatoris scriptura vel presentia duorum testium sufficit. *Nov. 107. cap. 1. Carpz. Part. 3. Const. 4. Def. 19.* quod & moribus nostris in Testamento tempore pestis condito observatur, ut duo testes masculi non feminae, nisi in subsidium adhibeantur. *Carpz. Part. 3. Const. 4. Defin. 2. 3. & 4.* Similiter limitatur in Testamento Rurali ad pias causas, quod quidem ex nuda Testatoris voluntate, vel sola ejusdem scriptura, prout *Dn. Struv. Jurisprud. l. 2. t. 16. aphor. 13. & in Synagm. Jur. Civil. Exerc. 32. t. 23.* existimat, non subsistit, sed pro forma requiritur, ut ejusmodi elogio, duo ad minimum Testes intersint, quemadmodum dispositura reperitur, in *cap. 11. X. de Testam. Carpz. Part. 3. Const. 4. Defin. 33.* & ita Domini Scabini Lipsiensis in causa *Hansen Wilhelms von Heiligen.* Mense Januar. anno 1634. responderunt. P. P. so seynd solche Legata, (außer den 200. Reichsth. der Kirchen zu Neuen Heiligen/ jedoch wann zuvor die beyden Zeugen solch Legatur. mit ihrem Eyde bestärcken werden) vor beständig nicht zu achten. *W. R. W.*

Testamentum rusticorum coram Parocho & duobus Testibus non valet

§. X. Priusquam autem formam deferamus, adhuc inquirendum est, an non TESTAMENTUM HOMINIS RURALIS, CORAM PAROCHO & DUOBUS TESTIBUS ordinatum, subsistat? & videtur hoc asserendum esse, propter *cap. 10. X. de testam.* ubi ultima voluntas non secundum Jus Civile, sed Divinum & Gentium



tium ordinandum, quo Jure tamen nulla solennitas de-  
sideratur. *d. cap. 10. X. de Testam.* sed omnis veritas  
duobus testibus tribuitur, quæ multo magis in Pres-  
bytero, & duobus fide dignis personis est præsumenda.  
*Vasqu. de Success. Creatur. l. 2. §. II. num. 54. & §. 21.*  
*Limit. 1. num. 1. & 9. Coler. Part. 1. Decis. 35. num. 4.* Ve-  
rum cum hoc a Juris Civilis Dispositione maxime re-  
cedat, *d. l. f. C. de Testam.* examinandum nunc erit,  
utrum Sanctio Pontificis in universum obliget: Et  
quamvis in Terris Ecclesiæ, quæ subsunt Romano Pon-  
tifici sive agatur in foro Ecclesiastico, sive Seculari, non  
sit dubitandum, extra tamen has Terras, hæc Sanctio  
est nullius autoritatis; Nam utique magnus ultima-  
rum voluntatum adsit favor & liber stylus. *l. 1. C. de*  
*SS. Eccles.* Sed hæc Libertas Legibus imperii admodum  
est restricta, & insimul Jus Pontificum Leges Civiles  
extra suum Territorium non potuit immutare; Ibi  
enim Jus Canonicum non aliter valet, quam quatenus  
in hoc vel illo puncto receptum est: Accedit, quod  
*Legis f. C. de Testam.* dispositio in Imperio nostro Ro-  
mano-Germanico expresse confirmata reperitur. *R. J.*  
*de anno 1512. tit. Von Notarien. §. Von Testamen-*  
*ten / ibi, daß auf dem Saw / & ita hoc in casu Jus Ca-*  
*nonicum in Terris Imperii nostri & Electoratus Saxo-*  
*nici, sine effectu erit. Carpz. Part. 3. Constit. 4. Desin.*  
*40. num. 9.* Nec obstat quod illud in Jure Divino se-  
fundet, ubi in duorum ore omnis consistat veritas.  
*Dent. 19. v. 16. Matth. 18. v. 16.* Nam exinde non mu-  
tatur Jus nostrum Civile, cum Jus Divinum majorem  
numerum Testium in Testamento non excludat, sed  
potius approbet, si negotii gravitas hocce suadeat, *72.*  
*cob. Mastertius, de Justit. LL. Roman. l. 2. Dubit. 44.*  
Quæ



Quæ ergo Jure Divino determinata non sunt, ea Principis Decisioni relinquuntur, cum & Jus Divinum ordinationibus humanis non repugnet. 1. Petr. 2. v. 13. Rom. 13. v. 5. Quare ad consultationem D. B. Juri Practici zu L. Scabini Lipsiensis Mensis Februarii 1689. eum in modum responderunt. P. P. Als ihr uns einen letzten Willen / benebenst einer Frage zugeschickt / und Euch des Rechts darüber zu belernen / gebeten habt. Demnach sprechen wir Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig darauff vor Recht / hat Adam Schröter am 19. Septembr. Anno 1684. zu Horburg in Beyseyn des Pfarrers und dreyer anderer Zeugen seinen letzten Willen nuncupiret / darinnen Er das Eheweib Annen / Christoph Frauenheims Tochter zur Universal-Erbin instituiret / seiner Schwester Ewen / jetzt gedachten Frauenheims Ehefrau aber 50. Th. und ihren ältesten Sohn / Christian Frauenheimen / die überbliebenen Kleider beschieden / auch das Fürstliche Ampt Schkeudis solche Disposition zu confirmiren / und nach seinem Tode darüber zu halten gebeten / dannenhero nach dessen Absterben die Wittve angeregtes Testament / wie es der Pfarrer und Zeugen zu Pappier gebracht und unterschrieben / nicht allein bey jetzt bemeldtem Ampte insinuiren / sondern auch darauff in ihren so wohl der beyden Legatarien Beyseyn publiciren lassen / nach dessen Erfolg aber der Erbschafft sich angemasset / und Christian Franckenheimen die verschafften Kleider ausgeantwortet : Als nun dieselbe hierauff sich anderweit verheyrathet / und bald hernach mit Leibes Schwachheit belegen worden / hat sie gleichfalls einen letzten Willen auffgerichtet / und ihren Better Christoph Frauenheimen zu einem / und dem Ehemann anderer Ehe Hans Schrötern zu zweyen Theilen /



7  
9

Thellen / zum Erben instituiret. Diesem nach will an-  
jeto nach derselben tödtlichen Hintritte / ihres ersten  
Mannes Schwester Eva / als einige Erbin ab inrela-  
to ihres Bruders Erbschafft suchen / und Hans Schrö-  
tern / weil Er seiner Frauen Erbin worden / in Anspruch  
nehmen. Ob nun wohl zu Erhaltung des Testaments/  
darianen Anna / Adam Schröters und hernach Hans  
Schröters Eheweib / zu Erben eingesetzt zu befinden / an-  
geführt werden will / daß nach Anleitung der Geistli-  
chen Rechte ein Testamentum Rusticorum coram Pa-  
rocho & duobus Testibus gültig / diese Disposition auch  
in denen Sächssischen Landen eingeführet sey. Dieweil  
aber dennoch regulariter in Terris Imperii und abson-  
derlich in den Churfürstlichen Sächssischen Landen diese  
Verordnung nicht recipiret ist / sondern vermög gemei-  
ner Rechte zum wenigsten fünff Zeugen zu einem Testa-  
mente erfordert werden / und daß zu Horburg eine an-  
dere Gewohnheit / wodurch sonsten disfalls die Obser-  
vantz der Geistlichen Rechte eingeführet werden kan/  
vorhanden sey / nicht zu befinden / noch Eva Francken-  
heimin durch Annehmung derer ihr legitirten 50. Fl. oder  
sonsten das Testament jemahls agnosciere hat / nach  
mehrern Inhalt der Beylagen und Curer Frage. So  
ist auch angeregter Adam Schröters letzter Wille zu  
Recht nicht beständig / sondern Eva Franckenheimin hat  
dessen Verlassenschaft bey Hans Schrötern / so weit  
er seines Weibes Erbe worden / zu suchen wohl befugt/  
B. N. W.

S. XI. Quod autem huc usque relatam est, Nisi hæc dis-  
maxime limitatur, si prædicta Juris Canonici Disposi-  
tio diuturna consuetudine in uno alterove loco fuerit  
approbata. Quemadmodum extra Electoratum, in  
recepta  
D quibus-



quibusdam Saxoniae Provinciis, praecipue vero Thuringia deprehendimus, teste *Coler. l. 1. Dec. 35. & Richtero Part. 1. Dec. 28. num. 10. & seqq.* qui in simul aliquod attestatum a Scabinatu Jenensi, sub dato den 20. Octobr. 1641. ad consultationem Georgii Kartungs zu Altenburg exhibitum subnectit; cujus tenorem majoris perspicuitatis gratia adjicere non super sedemus. Demnach von uns im Junio des vergangenen 1640. Jahres in streitiger Testaments-Sache / zwischen Melchior und Peter Stöznern beyden nachgelassenen Witwen / uff die aus dem Fürstlichen Ampte Altenburg eingeschickte Acta, der von Melchior Stöznern / als einem Bauers-Mann auff dem Dorffe auffgerichteter letzter Wille / nach Verordnung der Canonischen Rechts- und Vermöge langwieriger Observantz, auch von vielen Jahren hero in diesen Landen hergebrachten Gewohnheit / für kräftig und zu Recht beständig geachtet worden / hergegen der Schöppen-Stuhl zu Coburg auf die dahin gesandte Leuterungs-Acta im verschieenen Junio dieses noch lauffenden 1641. Jahres ein niedriges gesprochen / auch des Testatoris Wittib / vermittelst solchen Ausspruchs / den Beweis angeregter Observantz und Gewohnheit zu erkandt / worzu aber derselben Curator Georg Kartungs sich nicht schuldig erachtet / und daher von uns nur bloß einen beglaubten Schein / der angezogenen Gewohnheit halber / dessen Er sich bey bevorstehender Prosecution seiner wieder berührtes Coburgischen Urtheils eingeworffenen Leuterung zu seinem Behuff zu gebrauchen / Ihme zu ertheilen gebeten / als haben wir Ihme Kartungen / der Wahrheit zu Steuer- / dergleichen wiederfahren zu lassen / kein Bedencken getraggen / bezeugen darauff wir die verordnete Dechant und andere



andere Dd. des Fürstlichen Sächsischen Schöppen  
Stuhls allhier / daß / Vermöge vorhandener guter und  
untadelhafter Nachricht / in die 60. und mehr Jahre /  
von unsern Antecessoribus Seelig. jedoch nicht außser  
den Fürstlichen Sächsischen Thüringischen Landen / nach  
Disposition der Canonischen Rechte in *cap. cum esset. X.*  
*ue Testament.* daß nemlich der Bauers Leute Testamta  
und letzte Verordnungen / wenn sie auf den Dörffern vor  
einem Pfarrer und zweyer Zeugen, oder in Mangelung  
des Pfarrers vor vier Zeugen auffgerichtet / vor gültig  
zu achten / so wohl auch nachgehends von uns jederzeit  
also gesprochen worden / inmassen denn nicht allein Wey  
land Herr D. Matth. Colerus Seel. gewesener Ordina-  
rius allhier in seinem länger denn vor 30. Jahren in  
öffentlichen Druck außgegangenen Decisionibus Part. 1.  
Decis. 35. von solcher Gewohnheit nicht wenig bezeuget /  
sondern auch ermeldten Curatori belaubte Abschrift / et  
licher in dergleichen Fällen eine zeithero verfaßten / und  
unserß Wissen von niemand angefochtenem Urtheil / so viel  
man deren in der Sol auffuchen mögen / uff sein Bitten  
mitgetheilet wird / Ubrkundlich haben wir Unser Insiegel  
hierunter fürdrücken und unter unserß Actuarii Handschrift  
diesen Schein wissentlich außantworten lassen. So ges  
sehen Zena den 20. Octobr. 1641.

§. XII. Et cum mores diuturni, non minus, Quo tamen  
quam Jus scriptum valeant. l. 32. ff. d. LL. l. 2. C. qua fit casu requi-  
long. consuet. ita maxime & in ejusmodi locis, ubi ritur  
consuetudo viget, hanc Ordinationem Juris Canonici  
adhuc florere existimamus, modo illa prius probetur,  
Lauterbach. ad tit. ff. d. LL. in fin. & sequentia requi-  
sita insimul concurrant, (1) Ut Parochus seu Pres- 1) ut Paro-  
byter praesens sit illius loci, ubi ordinatur testamen- chus illius  
tum,



foci; aut vice  
ejus duo alii  
testes adhi-  
beantur.

2) præter  
Parochum  
duo vel tres  
testes mascu-  
li aut fœmi-  
næ requiran-  
tur.

3) qui atten-  
ti

tum, nam non qualis qualis Ecclesiæ minister hanc Dis-  
positionem potest convalidare, sed necesse est, ut Paro-  
chiani coram suo Presbytero testentur, quemadmodum  
ex *cap. 10. X. de Testam.*, satis clare apparet. Si vero il-  
le non adsit, loco ipsius duo alii Testes substituuntur,  
cum & alias numerus binarius, vicem unius gerat,  
quantæcunque Autoritatis etiam ille fuerit. *cap. 27. 28. &  
X. de Testibus. Richter, Decis. 28. num. 7.* Quare si loco  
Presbyteri unus saltem testis admittatur, haud subsistere  
potuit Testamentum Rustici, *Richter, dd. ll.* (II) Requiri-  
tur, ut præter Parochum adhuc duæ vel tres aliæ fide  
dignæ personæ tanquam testes accedant. *cap. 10. X. de Te-  
stam.* unde sua sponte fluit, unum testem cum Presbytero  
in hac ultima voluntate non sufficere, nisi forte ad pias  
causas, & in Testamento Parentum inter liberos ac  
tempore pestis condito. *Richter, d. l. num. 4. 14. 23.* Sed  
numne fœminæ in Testamento coram Parocho ordi-  
nato, testes esse possint? Et hocce affirmamus, quia  
Pontifex ad Jus naturale respexit, ubi fœminæ a Testi-  
monio non repelluntur, cum æque veritatem ac ma-  
sculi dicere queant, nec obst. quod *d. cap. 10.* duas alias  
personas idoneas in hac ultima voluntate desideret, fœ-  
minæ autem in Testamento, ad testimonium idoneæ  
non sint, §. 6. *de Testam. Ordin. & l. 20. C. qui Testam.  
fac. poss.* Nam hæc controversia non ex Juris Civilis  
principiis, sed ex communioribus Juris Naturalis re-  
quisitis est decidenda, secundum quæ testimonium fœ-  
minarum minime reprobaturum est, *Fernandus Vasqu.  
de Success. Creatur. l. 3. §. 21. num. 3. Panormitan. ad d.  
cap. 10.* (III) Requiritur ut testes animo & corpore  
sint præsentibus, & attentum ad testatoris dispositionem  
habeant animum, nam nuda testium præsentia non suf-  
ficit;



ficit; ob id tandem expressa eorum rogatio non desideratur, cum hæc ad solennitatem testamentorum pertineat; Solennitates vero civiles in hoc testandi genere quiescant. *d. cap. 10. Richter. Dec. 28. num. 2. & 8.*

§. XIII. Coronidis loco prætereundum non modo est, quod hoc nostrum Testamentum ad Exemplum Solennis Testamenti uno contextu & actu continuo nulloque extraneo actu interrupto perficiatur. §. 8. *Instit. de Testam. Ordin. l. f. ff. qui Testam. fac. poss. l. 21. 28. C. de Testam.* nam, quod in eo specificè non est remissum, adhuc obtinere censemus, *argto. l. f. C. de Testam.* cum nova constitutio & priorum Jurium correctio, non fieri soleat, nisi de ea expresse constet. *l. 32. §. f. C. de Appell. Nov. 7. in Epil. circa fin.* Quod ergo in *d. l. fin.* correctum non est, illud sub Juris communis dispositione relinquatur, arg. eorum quæ habet *Jason. in l. 6. ff. de cond. caus. dat. & Johan. Philipp. ad Decis. Elector. 84. Observ. 1. num. 30.*

## CAP. V.

### DE FINE ET EFFECTU.

#### §. I.

Sicuti omnis Testamenti FINIS in genere est, ut Finis constet, quod quisque post mortem suam fieri velit, *l. 1. ff. qui Testam. fac. poss.* ita, & in hoc testamento tanquam Specie, ille obtinebit, *Mattb. Wesemb. in tit. ff. qui testam. fac. poss. n. 12.*

§. II. EFFECTUS consideratur, *vel in genere* Effectus Te-  
re,



stamenti in  
genere  
ante obitum  
testatoris

re, *vel in specie*; IN GENERE sciendum, quod voluntas Testatoris rite & legitime ordinata, ANTE OBITUM testantis nullum effectum tribuat; usque adeo, ut ipsi Testamentum mutare & a priori sua voluntate recedere sit permissum. *l. 22. ff. de Leg. 3. argto l. 4. ff. de adim. leg. licet Testamento clausula fuerit adjecta, quod a sua Dispositione nunquam velit recedere. l. f. pr. ff. de Leg. 2. Johann. Philipp. lib. 2. Eccl. 66. num. 3. siquidem nemo sibi hanc Legem in Testamento dicere potest, ut illam revocare haud potis sit. l. 22. ff. de Leg. 3. & l. 55. ff. de Leg. 1. Quantumvis Testator prioris Testamenti fuerit immemor, aut prius Juramento confirmaverit, Philipp. *dd. ll. vel in secundo nullam ejusdem mentionem habuerit, l. 27. C. de Testam. cum credibile sit, testatorem prioris suae voluntatis recordatum fuisse**

post mortem  
ejus

*Hilfig, ad Donell, l. 6. cap. 16. lit. E. POST MORTEM vero Testamentum pro Lege est. l. 1. C. de SS, Eccles. & necessitatem implendi, ratione heredis, involvit. Nov. 1. in prefat. Nov. 22. cap. 2. ita ut nec Principis Rescripto eadem tolli queat. l. 10. C. de Testam. ubi Brunemann, *Mev. ad Jus Lubecense Part. 2. cap. 1. num. 13. ob Jus heredi & Legatariis jam quaesitum, arg. l. f. ff. de Pact. l. 53. pr. ff. de judic.**

Effectus specialis consistat in Remedio  
1) petitorio

§. III. Ordo nunc tangit EFFECTUM SPECIALEM, qui remedia pro impetranda hereditate, tam petitoria, quam possessoria producit: Ad PETITORIA referenda est HEREDITATIS PETITIO, quae est actio realis. *l. 48. pr. ff. de hered. instit. & l. 19. §. 3. in f. ff. de castr. pecul. universalis. l. 10. §. 1. ff. de hered. petit. bonae fidei, §. 28. J. de Action. non vero mixta, nec oblt. l. 7. C. de hered. petit. quae datur heredi in testamento rurali nominato & iis, qui pro heredibus habentur.*



bentur. l. 54. pr. ff. de hered. petit. eorumque heredibus, d. l. 3. & l. f. C. de hered. instit. adversus eum, qui pro herede, vel pro possessore rem hereditariam licet minimam possidet, l. 9. & seqq. ff. de hered. petit. aut dolo fecit, quo minus possideat, l. 13. pr. l. 4. & 5. ff. eod. ad hoc, ut actor pro herede declaretur, Reus vero ad integram hereditatem cum omni causa restituendam condemnetur. l. 10. §. 1. l. 25. §. 18. ff. d. t.

§. IV. POSSESSORIUM REMEDIUM est 2) Possessorio interdictionum Quorum Bonorum, quod est remedium adipiscendæ Possessionis. l. 1. §. 1. ff. quor. bon. Prætorium d. l. 1. universale. d. l. 2. §. 1. quod datur heredi instituto, tam civili, quam Prætorio. l. 1. pr. ff. & l. 2. 2. & 3. C. quor. bon. §. 3. 7. de Interdict. adversus eum, qui pro herede aut pro possessore, d. l. 1. pr. ff. & l. 2. C. eod. non vero, qui bona fide & iusto titulo particulari possidet, d. l. 1. argto. l. 7. C. de hered. petit. ad hoc, ut rerum hereditarium possessio exhibeatur. d. l. 1. Exceh. Dn. Schwendend. in Summar. Act. Exposit. c. 3. m. 19.

§. V. Hac occasione quæstio emergit, an in Testamento rurali Lex f. C. de Edict. D. Hadr. toll. lo- cum habeat, ut executive quis ex eo agere possit; Et inter Testamentum scriptum & nuncupativum distinguendum esse, censeo; ILLUD enim paratam habet executionem per d. l. f. de HOC vero subdistinguen- dum est, an sit nuncupativum explicitum, an vero im- plicitum: PRIUS vicissim reperitur, vel publicatum, vel non publicatum; Sin PUBLICATUM, & testes desuper examinati sunt, ut infallibiliter de eodem constare queat, non dubitandum, quin heres executive agere valeat. Richter, ad l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll. num. 148. Secus est, si publicatio ejusdem, aut testium exami-



examinatio deficiat, *Cassiodor. Argel. de acquir. Possess. ex d. l. f. quest. 6. art. 2. num. 6. 7.* nisi adversæ partis confessio judicialis adsit, *d. l. artic. 3.* & si plures rerum hereditariarum possessores adfuerint, omnes Testamenti contenta confiteantur, alias unius confessio, cæteris non præjudicat. *Brunn. ad d. l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll. POSTERIUS* vero seu implicitum, quando nimirum a defuncto nuncupatum & postea in scripturam redactum, ac Instrumentum insimul confectum fuerit, ut exinde de voluntate testantis infallibiliter constare queat, omnino facit, quod hocce re medium locum inveniat. *d. l. f. Richter. d. l. num. 143. & seqq. Carpzov. l. 6. Respons. 20. num. 2. Lauterb. de testam. nuncup. tbes. 33.*

## CAP. VI. DE CONTRARIIS ET AFFINIBUS.

### §. I.

Testamen-  
tum semel  
ordinatum

vel ab initio  
nullum est  
1) ob inhabi-  
litate[m] Te-  
statoris

2) ob formã  
neglectam

**D**ictum hactenus de modis constituendi Testamen-  
tum Rurale, nunc admonendi sumus, quomodo  
illud iterum impugnari possit, & ita ejusmodi testa-  
mentum, est *vel* ab initio nullum, *vel* ex post facto in-  
validum. NULLUM EST AB INITIO (I.) *ratione*  
*causæ efficientis*, vel propter testatoris inhabilitatem,  
*l. 4. & 8. ff. qui testam. fac. poss. vel insufficientem vo-*  
*luntatis Declarationem*, si scilicet dolo, errore aut  
metu ad testandum quis fuerit inductus. *Dn. Struv.*  
*Jurisprud. l. 2. t. 15. §. 1. Carpzov. Part. 3. Const. 5. Def. 8.*  
*§. 9.* (II.) *RATIONE FORMÆ* vel intrinsecæ vel ex-  
trinsecæ. Et quidem quoad FORMAM INTRINSE-  
CAM



CAM, si nullus heres sit institutus. *argto l. 3. ff. qui in testam. delent.* vel sui heredis silentio prateriti, nec legitime exheredati fuerint. *§. 1. & 5. J. de Exhered. liber. l. 30. ff. de Liber. & Postb. Nov. 115. cap. 3. & 4.* quo ipso, adeo invalidatur Testamentum, ut nec Legata, nec reliqua ejusdem capitula valeant. *l. 17. ff. de inj. rupt. & irrito fac. test.* Quoad FORMAM vero vel extrinsecam EXTRINSECAM Testamentum nullum est, quando solennitates in *l. f. C. de Testam.* præscriptæ non adhibita fuerunt, puta si testium defectus adsit, aut in testamento scripto, subscriptio eorum deficiat. *l. 4. ff. de Testam. l. 12. C. eod. l. 1. ff. de inj. rupt. & irrito fac. Testam.* quo casu, nec Jure Codicillorum ex Testamento limitatio aliquid debetur. *l. 29. C. de fideicom. nisi clausula Codicillaris adiecta fuerit. Major. ad tit. Instit. quib. mod. testam. infirm. pag. 559. in fin.* Quæ tamen Clausula limit. limitatio præteritionem Liberorum aut Parentum non purificat, *arg. l. 13. ff. de inoffic. Testam. l. 36. ff. de Leg. 3.* cum Testamenti forma interna, neque per æquipollens adimpleri possit. *Carpz. Part. 3. Cons. 4. Defin. 21. & Cons. 9. Def. 12.* Et ita Dan. Scabini Lipsiensis in causa *M. S. an einem/ C. M. M. S. am andern Theil/* Mense Aprili Anno 1686. responderunt.

§. II. EX POST FACTO testamentum in- vel ex post facto infirmatur ipso jure & quidem si rumpitur  
firmatur, vel ipso Jure, vel officio Judicis, *pr. Instit. quib. testam. infirm.* IPSO JURE, quando testamentum rumpitur, vel irritum fit; RUMPITUR, si testator in eodem statu manet, & ipsius testamenti Jura saltem viantur, quod contingit vel Agnatione sui heredis supervenientis, tam naturalis. *§. 2. J. d. t. l. 12. §. 1. C. de Liber. & Postb. quam civilis, ut adoptati. l. 3. 21. C. de adopt. & Legitimati, Nov. 84. cap. 12. vel mutatione*

E



2) corruptio  
testamenti  
scripti non  
vero nuncu-  
pativi.

tationē voluntatis, quod iterum fit, *vel* integris, *vel*  
corruptis tabulis: ILLO CASU, testamentum tolli-  
tur, si testator a sua voluntate recedit, & aliud testa-  
mentum æque perfectum ordinat. §. 2. *J. d. t.* HOC  
vero CASU vitiatur, si scriptum, non vero Nuncupa-  
tivum Testamentum, licet postea a Notario in instru-  
mentum redactum reperiat. *Brunnem. ad l. 30. C. de*  
*Testam. num. 4. 5. & seqq.* a Testatore *vel* in totum, *vel*  
in parte substantiali deleterum, cancellatum aut alio  
modo corruptum reperitur, dummodo consulto hoc  
fiat. *l. 30. C. de Test. l. 2. inf. ff. de his qui test. del. t. 6.*  
*de inj. rupt. & irr. fac. test. ibiq. Lauterb. Carpz. P. 3.*  
*C. 5. Def. 28.*

vel irritum  
fit ob defe-  
ctum heredis

§. III. IRRITUM autem FIT TESTAMEN-  
TUM, quando in eum casum venit, ut exitum haberi  
nequeat; Quod accidit, si hæres deficiat, cum *vel* no-  
luerit, *vel* non potuerit heres esse. *l. 9. §. 2. ff. de liber.*  
*& posth. l. 1. ff. de inj. rupt. & irr. fac. testam. vel*  
testator maximam *vel* mediam capitis diminutionem  
patiatur. §. 4. *J. quib. mod. testam. infirm.* nisi ille ante  
mortem priorem statum recipiat, quo ipso testamentum  
convalescit, ut heres hereditatem, bonorum possessione  
instituta, impetrare queat. *l. 6. §. 12. ff. de inj. rupt.*  
*& irr. fac. testam. §. 6. Inst. quib. mod. testam. infirm.*  
*ibique Brunnem.*

vel officio  
judicis  
Querela in-  
officiosi te-  
stamenti,  
quæ propo-  
nicur *vel*  
per modum  
exceptionis

§. IV. Tandem OFFICIO JUDICIS testa-  
mentum infirmatur per QVERELAM INOFFICIOSI,  
qua personæ, quibus Legitima ex defuncti hereditate  
debetur, inique, aut contra officium Pietatis exclusæ,  
*vel* præteritæ quarunt, ut rescisso Testamento, sibi he-  
reditas tradatur. Quod nunc fit, *vel* per modum ex-  
ceptionis. *l. 8. §. 3. l. 13. ff. de inoffic. Testam.* quando  
heres



heres est in possessione. *d. l. 8. §. 3. vel per modum* vel per mo-  
actionis; si nimirum scripti heredes possideant, & ita dum adio-  
hac Actio describitur: Quod sit hereditatis petitio sub- nis.  
sidiaria, *l. f. C. de Liber. praterit.* quæ datur iis, qui  
necessario instituendi essent, citra tamen justam cau-  
sam in totum exhereditati reperiuntur, *§. 1. & 4. Inst.*  
*de inoff. Testam.* Contra quemlibet heredem Testamen-  
to institutum. *l. 8. §. 2. l. penult. §. 1. ff. cod.* omnemque  
eum, qui ex testamento hereditatem pro herede, aut  
pro possessore possidet. *l. 1. C. d. t. vel qui heredi suc-*  
*cessit, aut vice heredis est, d. l. 8. §. 2. ad hoc, ut te-*  
*stamentum rescindatur, & eodem rescisso Auctor pro*  
*herede declaretur; Reus vero, ad hereditatis restitutio-*  
*nem cum fructibus perceptis & percipiendis conde-*  
*mnetur. l. 34. pr. C. d. t. l. 8. §. 8. l. 21. §. 2. ff. cod. l. 3.*  
*C. de hered. petit.* Hodie vero, hæc querela dum de- Quod hodie  
mum obtinet, quando liberi & parentes cum Elogio, obtinet de  
hoc est, causa ingratitude exhereditati reperiuntur, querela?  
nec heres scriptus eam probare potuit. *Nov. 115. cap. 3.*  
alias enim si instituendus silentio præteritus, aut causa  
ingratitude non expressa fuerit, testamentum est  
ipso jure nullum, & sic non querela inofficiosi testa-  
menti, sed nullitatis remedio, impugnatur. *Job. Brun-*  
*nem. ad pr. Inst. de inoffic. testam. Excell. Dn. Stryck. in*  
*Not. ad §. 6. cod.*

§. V. Ultima linea tangit AFFINIA, quæ Affinia.  
reliqua testamenta comprehendit, siue sint solennia,  
de quibus in *§. 3. 7. de Testam. Ordin.* siue minus solen-  
nia, ut parentum inter liberos. *l. 21. §. 1. ff. de Testam.*  
*Ordin. Nov. 107. cap. 1.* Testamentum ad pias causas,  
*Carpz. Part. 3. Const. 4. Def. 35.* Testamentum tempore  
E 2 re



re pestis conditum, l. 8. C. de Testament. & Const. Aug. 4.  
Part. 3. ibique Carpz; Testamentum militis, t. t. Instit.  
& ff. de Testam. milit. ut & Codicillus, arg. l. fin. C. de  
Testam. l. f. §. f. C. de Codic.

Epilogus.

§. VI. Et hæc de utilissima Testamenti hominum Ruralium materia pro capto ingenii delibasse sufficiat, & sicubi erratum, ut procul dubio est, a Bonis veniam, a Doctoribus vero informationem peto. Interim DEO Ter Optimo Maximo pro clementi assistentia persolvo gratias, cui omnes Actiones, omniaque studia mea, qua par est animi devotione, ulterius commendo.

S. D. L.

---

## COROLLARIA.

I.

Legitimus per subsequens matrimonium, idoneus Feudi successor est.

II.

Sub Litis ingressu possessionatus, si immobilia vendat, cogitur postea satisfacere.

III. Ven-



III.

Venditor præcise obligatur ad rei traditionem, nec liberatur præstando interesse.

IV.

Remedium Legis 2. Cod. de Resc. Vendit. in subhastatione publica, locum non habet.

V.

Pupillaris Substitutio expressa, Matrem de Jure Civili, etiam quoad Legitimam excludere potest.

VI.

Specificatio, proprie accessio non est.

VII.

Stipulatio nulla alia præcedente obligatione subsistit.

IIIX.

Fidejussor ad majorem summam se obligans, ad concurrentem tenetur.



AD

*Pereximium atque Ornatisimum*

DN. RESPONDENTEM,  
Amicum & Consalinum suum  
honoratissimum,

**Q**uamvis terra colens, oleat Gorgonius arva  
Et gravis e pingui RURE recedat odor,  
Hæc scriptura tamen, qua pandis RUSTICA  
JURA  
Non RUS sed mage Jus thusque olet illa Viris.  
PRÆSES.

**S**Trenuus in sacram Themidi descendis arenam,  
Inque ejus castris arma tulisse probas  
Ut solitus pergas Stadium percurrere cœptum,  
Sic veneranda Themis digna Brabea dabit.

*Hæcce Patrueli suo dilectissimo gratulabundus apponere voluit*

Joachimus Gottlieb Lehmann/  
Med. Cand.

**P**Atria ad egregias quem finxit nobilis artes  
Et Francofurti quas coluisse juvat;  
In Cathedra jamjam facundum Lipsia sistit,  
Ut linguæ vires ingeniique prober.  
Applaudo cœptis; DEUS annuat, Optime LEHMANN,  
Atque det ut vigeas, laude & honore, precor!

*Matrueli suo animitus colendo, scribebat  
animo gratulabundo*

Joh. Gottlob Schwach/ LL. Stud.





ULB Halle  
002 424 460

3



52

Vb 17











18/15

Q. D. E. V. (20)  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

TESTAMENTO  
HOMINUM  
RURALIUM.

1692/19  
16

von  
Lezten Willen derer Land-Leute /

QUAM

Consensu & Autoritate  
Magnifici Dn. Ordinarii & Amplissimi  
Jctorum Ordinis,

In Inchyta Lipsiensium Academia,

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI PHILIPPI, Lipf.  
J.U.D. & Facult. Jurid. Assess.

Patroni sui ac Hospitis, ut & Studiorum Promotoris  
summe devenerandi,

Ad diem XIV. Augusti Anno MDCXC.

H. L. Q. C.

publice ventilandam proponit

ELIAS GOTTLÖB Lehmann / Budiss. Lusat.  
A U T O R.

LIPSIÆ, Literis SCHEDIANIS.  
Recusa 1720.

